



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

[1.] Qvomodò solus est vnus & verus Deus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

CATECHISMI DN.
CONRADI CLINGII LL
BER SECVNDVS. 90

Qui continet expositionem Decalogi,
Orationis Dominicę, & Symbo-
li Apostolorum.

PRIMUM PRAECEPTVM.

Non habebis Deos alienos. Exod. 20.

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTA.

1. *Quomodo solus est vnus & verus Deus.*
2. *Quod ei tria debeamus, Fidem, Dilectio-
nem, & timorem perfectum: nam hac est
gloria quam nulli alteri dabit.*
3. *Quinam primum transgrediantur prae-
ceptum.*

DE V T. 6. dicitur: Audi Israë!, Dominus 1.
Deus noster, Deus vnus est. Eccl. 1. Vnus
est altissimus CREATOR omnium,
omnipotens & rex potens & metuen-
dus nimis, sedens super thronum illius
Dominus Deus. Mal. 2. Nunquid nõ Deus vnus crea-
uit nos? quare ergo despicit vnusquisque fratrem su-
um? 1. Corinth. 8. Scimus quod nullum est simula-
crum in mundo, & quod nullus sit Deus alius nisi v-
nus. Nam etsi sunt qui dicuntur Dij, siue in cælo, si-
ue in terra, quemadmodum sunt Dij multi & Domi-
ni mul-

ni multi, nobis tamē vnus est Deus, qui est pater
ex quo omnia, & nos per illum: & vnus Dominus
Iesus Christus, per quem omnia, & nos per illū. Eph.
Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma, vnus
Deus & pater omnium, qui est super omnia, & in omnia
nobis. 1. Tim. 2. Vnus est Deus, vnus etiam conciliator
Dei & hominum, homo Christus Iesus, & Pater.
Quis est Deus præter Dominum? aut quis Deus præter
Deum nostrum? Credere igitur, esse vnum verum
Deum, magna est gratia, pro qua etiam Christus
suo recessu petijt, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, scilicet
ut cognoscant te solum verum Deum, & quem
fisti &c.

2. Illi vnico & vero Deo nostro debemus tria: primò
perfectam fidem, vt scilicet illi ex toto corde confi-
mus. nam verax est & fidelis, & seruat irrefragabiliter
quæ promisit & dixit, impossibile enim est Deo
mentiri, Hebr. 9. Deus verax est, Roma. 3. Ioan. 3. Deus
est summa veritas: nulli ergo creaturæ super
eam sic debemus cōfidere, sicut Deo Domino nostro
deindè debemus illi perfectam dilectionem. Deut.
Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
dimidio corde, sed toto: nam omne bonū venit ab
Deo, & nos tamē non meruimus, sed ipse ex pura gratia
& fauore donat. Ideò nulla creatura in toto mundo
esse debet, quā sic ex toto corde diligere debemus
sicut Deū Dominum nostrū. Tertiò, debemus illi firmum
& perfectum timorē, vt super omnia ipsum
timeamus, nā ipse punit malos, Deut. 6. Dominū Deum
tuū timebis. Perfectā igitur fidem, dilectionem & timorem,
Dño debemus: Hi sunt præcipui cultus in
mentibus, quos Deus exigit: in his consistit perfectio Spiritus
inchoatur vita æterna in nobis. Sed quoniam natura
hominis corrupta est vitio originis, igitur heret
nobis dubitatio, ne perfectè Deo cōfidamus: carnalitas
tas, vt magis amemus carnalia, quā Deum: securitas
carnalis